

Renum pathemata varia.

Præcipue Calculi :

Quibus obnoxius fuit Cl. Sperlingius,

isq; insolentioribus.

Calculi in variis corporis partibus.

Eorundem proinde Consideratio quo justius unquam admirabundos Animos in se concitavit eò magis dolendum est, postquam ex Inobedientiæ primæ culpâ Immortalitas hominum Mortalitate est damnata & corpus nostrum aliis quibuscunq; ærumnis obstrictum, tam nobiles ejusdem corporis Partes ne ipsas quidem ab ægritudinibus omnimode exemptas esse, sed diris quam sæpe exagitari, (penes Adultiores præcipue) Morbis & eorum causis tam atrocibus torq; veri symptomatum insultibus, ut Hominem credas totum in Dolores versum à calculis quam maximè, partim in Cavitate Renum hærentibus, partim per exsertos Ureterum Canales, sed irritò interdum Naturæ stimulo transitum sibi quærentibus unde Tensio, & Dolor, Affluxus Humorū ac Inflammatio, Febris, Vigiliæ, Deliria, Vomitus, Urinæ suppressio, periculum suffocationis, Virium jactura, & ipsa tandem Mors.

Illustre hujus rei, sed funestum exemplum Anno currentis Seculi quinquagesimo octavo, die XII. Mensis Augusti, experiri hic VVittebergæ fuit in celebratissimo Philosopho, Physicorumq; cum primis, dum viveret, Phosphoro, summis laudibus illustri **OH. SPERLINGIO.** Hic, quâ patientiâ vicerit, acerbissimos quantumvis Renum & Lumborum dolores, quam propriâ sibi h. e. compositâ Mente pertulerit aliquot retrò annis, tam atrocem ac lentam Mortis suæ causam, supra facundiam hic, & quodammodo præter scopum est.

Calculi tamen ex Corpore ejus à me extracti, & feriens identidem animum meum, utut elapso jam plusquam Triennio, observationis istius Memoria, addo & justus in piè defunctum cultus, id effecit ut mori imposterum haut finerem qualemcunq; etiam ejus rei Historiam, sed quantum in me est sedulo eandem ad Posterios propagarem, imprimis, quod calculi isti tum Magnitudinis & formæ, tum abundantia simul essent insolentioris.

Missis proinde jam ambagibus nimiis, Misso calculorum alioqui præter Renes Ureteres aut Vesicam subjecto, sive in cerebro etiam, palato, ac sub lingvâ, sive in auribus, oculis aut palpebris, gutture prætereâ, mammis aut corde, sive in pulmone aut epate, ejusque cysti Felleâ (cujus rei exempla vid. apud Clariss. **D. JOH. DANIEL HORSTIUM, Manud. ad Medic. p. m. 104.**)

five